



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

3. Quòd serui & ancillae non debent credere facilè detractoribus, & qui eos alienare volunt à suis Dominis: nam & Deus illos punit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

Nabaoth concupiuit & inuasit, 3. Reg. 21. Puniuit eum Deus, & in bello fuit interfectus. Ita hodiè etiam occidit ijs, qui de alienis bonis acquirendis cogitant, vt cum illis omne infortunium simul acquirant. Quoniam igitur concupiscere alterius bona peccatum est, ideo à tali concupiscentia abstinendum est. Nam si quis alium prauertat è domo sua, vel è cenaculis, sic eum punit Deus hìc temporaliter, vt in domo nunquam benè illi cedat, quam dolo abstrahit proximo suo: sic de agro aut hortis, vbi tempestat coeli & fulmina deperdūt fructus: similiter de iumentis, equis, bobus, ouibus, porcis, &cæt. quæ sub aut mala morte pereunt, sic in nulla parte aderit fortuna. Sic quoque Deus confudit duos illos seniores, qui Susannā concupiscebant, Dan. 13. Sic vxor illius Aegyptij, quæ concupiscebat Ioseph adolescentem. Quare cuique sinamus quod suum est, quod minus dedit illi, idq; faueamus illi ex corde, quia Deus illi fauet, siue sint diuitiæ, elegans vxor, prestantes equi, &c. Christus ascendit in altum, vt daret dona hominibus: nō igitur debemus inuidere proximo: nam grauissimum est peccatum inuidentiæ: ternæ gratiæ, est quæ contra Spiritum sanctum, qui distributor est omnium bonorum. Saul inuidebat Dauidi regnum, & turbatus fuit, 1. Reg. 18. sic fratres Ioseph inuidebant, quod à patre plus amaretur, Gen. 37. Sic Chore, Dathan & Abiron inuidebant Moyse sacerdotium, Numer. 16. Sic Satrapæ & principes inuidebant Danieli, quod is à rege præ illis diligebatur, Daniel. 6. Vndè & discipulos suos compescuit Christus, Matth. 20. certantes de sessione in regnò cœlorum. Vult ergo Deus vt quisq; sit gratus de acceptis donis pro se, & vt proximo faueat id, quod Deus concessit.

3. Tertiò, quoniam peccatum est, proximi familiariter concupiscere, & verbis aut facto abducere à proximo.

Puniuit enim
 odiè etiam
 andis cogita
 l acquirant
 s bona pecc
 tinendum
 aa, vel è cen
 ter, vt in
 dolo ablu
 oi tempellat
 liter de iure
 et. quæ sub
 rte aderit
 os illos ser
 13. Sic vxor
 ph adolefec
 est, quod
 corde, qu
 ns vxor, pre
 altum, vt
 s inuidere
 nuidentia
 nctum, qui
 nuidebat
 sic fratres
 naretur, Ge
 debant Mo
 principes
 llis diligeb
 s compesc
 one in reg
 gratus de
 at id, quod

ximi seruitio, vt tibi seruiat, ideò non facilè debent credere serui & ancillæ detractoribus, qui intendunt eos alienare à Dominis suis, quos Deus illis adiunxit, nec alienis citò se addicere: hoc enim peccatum est tam in suisoribus, quàm in seruis obsecundantibus. Debent autem seruitores & ancillæ debitum tēpus seruitij expectare & complere, nec fidem Dominorum fallere. Qui autem hoc non faciunt, non solum peccant in famam propriam: reputantur enim apud omnes inhonesti & leues, sed etiam in Deum, propter quem tenentur seruare fidem suis Dominis vsq; ad exactum seruitij tempus. Sic Paulus ad Eph. 6. Coloss. 3. inquit: Serui, obedite Dominis vestris in timore & tremore, sicuti Christo Domino, non ad oculum seruientes quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi, facientes voluntatem Dei ex animo. Voluntas Dei est, vt seruiatis his vestris Dominis. Ideò bona voluntate seruite illis, sicuti Domino, & non hominibus: Seruus ita debet cogitare, seruiam Domino meo, ac si Deo seruirem: & sciat quòd recipiet à Deo præmium fidelis sui seruitij, & non solum temporale, sed etiam æternum. Ergo qui concupiscit proximi sui famulum aut ancillam, datque illis ansam relinquendi suos Dominos antè tempus completū, hunc Deus impunitum non relinquet, nec prosperabitur, aut habebit vnquam familiam fidelem aut obedientem: Præterea ipsos seruos inconstantes Deus varijs infortunijs puniet, vt seruire tandem cogantur Dominis impijs ac dyscolis in pœnam &c. In his itaque omnibus DEVS timendus est præceptis.

DEUS PATER NOSTER

in cœlis, Matt. 6. Lucæ 11.

CAPVT XXV.

ARGVMENTA.

S 5

I. Qua-